Anticyras navigent Calvinistæ, atque ibi venalem exponant distinctionem
iam, quum inter ἐξουσίαν et δύναμιν distinguunt ac statuunt, illam jus
endi, hanc potentiam significare. Navigent iusto Anticyras, ut
elleborum sumant, quo bene perpurgant caput, dum pergunt illi, atque
ncedunt, Christum fateri sibi quidem datam esse ἐξουσίαν h. e. jus a-
endi, minime vero datam sibi esse δύναμιν, h. e. potentiam. Nos vero
theraní per Dei gratiam novimus, quod ἐξουσία et δύναμις Christo
onveniat, eidemque in scripturis tribuatur, ita ut notetur omnis potestas
e virtus omnis à qua nihil excipiatur. Et quid vobis a-h[?]ic vide-
ur A. V.? Annon recte à dictis concludi putatis, Christum ipsissi-
am omnipotentiam esse Patris? Is quippe nonnisi per Filium et in
ilo operatur omnia, qua et de causa ut iustitia perfecta ita et poten-
a ipsa dicitur. Sed ~~hac~~ satis de membro primo. Ad alterum ab-
inc transeo membrum, ut ostendam Jesulum nostrum Fortem quoque di-
i respectu nostri. Et quid ni hoc item sensu ipse Fortis ap. Prophetam
diabolum peccatum et mortem diceretur? Ecce n. pro nobis for-
iter superavit. Vici, inquit mundum. In hoc scilicet apparuit Fi-
ius Dei, ut dissolveret opera Diaboli, ipseque quod triumpharet super
ostes suos. Unde et exuisse Principatus, et prostituisse Potestates,
que illis triumphasse legitur. Ἀπεκδυσάμενος inquit D. Paulus
τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παρρησίᾳ
θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ. Hoc scilicet vult Paulus Impera-
torem nostrum Christum Jesum omnes nostros hostes spirituales, ut
eccatis maledictionem, Diabolum, mortem, infernum mundum quibus capti-
vi tenebamur, captivos in triumpho duxisse? haud secus ac in Ro-
manorum triumphis. Spectare licebat non modo manubias ac bellica
spolia singulari arte composita, quæ partim vehebantur plaustris,
partim ab ornatissimis adolescentibus gestantur, devictarum gentium
[illegible] expugnaturum urbium imagines, fluviorum item ac monti-
um, promontoriorum simulacra, sed et succedaneos hostium du-
ces, atque Reges onustos catenis, aut ad currum aliquando religatos